



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... caleamenti genus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Hebræis enim id contingebat, quod apud Atticos iis evenit, qui utebantur calceamentorum genere, quod κρηιπόδας Attici vocabant, quia pedes pulvere inquinabantur, ut Suidas κρηιπόδας exponit: *σενόν σκανδάλιον ἔστι Διὰ τὴν σενότητι οὐ πᾶς ἐκθροισθεῖτο*: & Clemens Alexandrinus: *Εἰ γὰρ μὴ ὀδύοιμθα, αἰλλὰ μηδὲ φέρομθα τὴν ἀνυποδησίαν, βλαυταῖς ἢ φαίμασις ἢ ῥησιῖον, κρηιπόδας αὐτὰ ἐκάλεον οἱ Ἀπικροὶ Διὰ τὸ πελάζειν, μοι δοκεῖ, τὴν κρηι τῶ πόδε. Quod si non peregre proficiscimur, atque etiam non ferre possumus nudis pedibus incedere, blausis aut phœcasis utendum. Κρηιπόδας ea vocarunt Attici, quod inquinant, ut mihi videtur, pulvere pedes. Hinc non mirum eum morem invaluisse, ut hospitibus peregre advenientibus & mensæ accubituris, aquam præberent ad lavandos pedes.*

VII. Sed huic sententiæ, qua contendimus Hebræos veteres soleas gestasse, non levia opponi possunt argumenta quibus adstrui videtur etiam calceos cavos in usu fuisse. Nihil moror rationes eorum, qui duplex calceamenti genus ulitatum fuisse observant, que-

Clem.
Alex.
Pedag.
lib. 2.
cap. 11.

quoniam ii. qui à Gibeonitis ad Josuam erant missi, secum sum-
 pisse dicuntur *veteres & maculosos calceos*, quod de calceis cavis in-
 terpretantur, cum maculæ in so-
 leis non appareant. Superius enim
 ostendimus vocem ΓΥΜΝΗΣ signifi-
 care quod diversis solorum frustis
 suppositum est, quomodo Græci
 optime reddiderunt *σανδάλια παλαιά*
καὶ καὶ πεπελωμένα, & Vulgatus:
calceamenta perantiqua, quæ, ad in-
dicium vetustatis, pittaciis consuta
erant. Unde cum calcei Gibeo-
 nitarum ex diversis solorum frustis
 dicantur suppositi, nihil concludi
 potest pro calceis cavis, sed qui-
 dem pro soleis: quod Græci in-
 intellexisse videntur per suum
καὶ πεπελωμένα, quod verbum
ἢ ὡς τὸ πέλματ & h. e. à solea ductum
 est. Illud majoris est momenti,
 quod nos ipsi multis adstruximus,
 apud Hebræos veteres in usu fuisse
 calceos rubros sive coccineos,
 quibus & magnates, & puellæ
 delicatiores utebantur. Unde con-
 cludi posse videtur, non soleas
 fuisse istud calceamenti genus, sed
 calceos cavis, qui pedem totum
 operi-

Ios. 9. 5.